382 Clericus an debeat occidere furem nocturnum, & num. ſequen.
383 Ius canonicum licet permittat mortem, ſemper intelligit de ciuili, ſcilicet de excommunicatione.
384 Iure pontificio non licet aliquem furem, vel ſimilem occidere.
385 Intellectus ad cap. ij. de homici. iuncto cap. ſi perfodiens.
386 Defenſio eſt de iure naturali, imò omni iure permiſſa.
387 Licet ſecundum commu. opin. occidere furem, etiam pro defenſione bonorum.
388 Bona, dicuntur ſecundus ſanguis.
389 Non licet occidere furem, quando per compenſationem poſſet quis rem à fure recuperare, vel per vim.
390 An liceat occidere furem, vbi imminet periculũ perditionis vilis rei, & pluribus nume. ſequent.
391 Res vilis quæ dicatur. quæ parua, & quæ modica.
392 Intellectus ad leg. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aqui.
393 Pro re modica vt pro ouo datur actio furti.
394 Infamia non equiparatur morti in omnibus.
395 Documentum Fabri, ad decipiendum furem nocturnum
396 Non licet occidere furem, perſonam cui debetur reuerentia.
397 Etiam pro defenſione rei publicæ, licet occidere aliquem, etiam perſonam cui debetur reuerẽtia.
398 Licet pro defenſione rei eccleſiæ, aliquem occidere.
399 Non licet ſe defendere, ei qui iuſtè offenditur.
400 An ſit facienda differentia, inter furem nocturnum, & diurnum.
401 Capiens furem, & ducens ad iudicem, amittit pœnam legalem. dupli & quadrupli.
402 Notabilis cautela ad euitãdam mortem filio, qui commiſit, crimen etiam læſæ maieſtatis.
403 Repertus in aliqua domo, ſi non incœpit furari, non eſt puniendus tanquam fur. ſed alia pœna extraordinaria.
Quod declarat vt ibi.
404 Deſertores militiæ, cuilibet licet occidere, etiam proditoriè, & nemo poteſt illos receptare.
Quod eſt intelligendum de deſertore militiæ ſine licentia ducis belli.
405 Bannitum an liceat occidere proditoriè.
406 Debitores alij dicuntur fugitiui, alij ſuſpecti de fuga.
407 Debitores fugitiui qui dicantur.
408 Debitores ſuſpecti qui dicantur.
409 Limitata cauſa, limitatum producit effectum.
410 Intellectus ad l. ait prætor. §. ſi debitorẽ ff. quæ in fraudem creditorum.
411 Debitorem fugitiuum, licet propria auctoritate capere.
412 Debitorem fugitiuum, licet capere etiam die feriata, ſiue in neceſsitatem hominum, ſiue in honorem Dei.
413 Non tantum creditori licet debitorem fugitiuum propria auctoritate capere, ſed etiam eius procuratori habenti, ſpeciale mandatum.
414 Ad defendendum ſe, à metu, vel iniuria illata, licet congregare amicos pro defenſione.
415 Vindicta conceſſa alicui à iure communi, poteſt alteri demandari, ſed ſi eſt de iure ſpeciali, non poteſt.
416 Non tantũ creditor poteſt capere debitorẽ fugitiuũ, ſed etiã hæres creditoris, etiã tẽpore quo nec conuenire, nec conueniri poteſt.
417 Layco licet capere debitorem fugitiuum clericum, cum pluribus num. ſeq.
418 Intellectus ad cap. ſi vero, §. fi. de ſententia excõmuni. & num. ſequen.
419 Patri licet occidere clericum, inuentum in adulterio cum filia.
420 Miles armatæ militiæ, habet priuilegium, vt non poſſit capi pro debito ciuili, idem in milite cœleſtis militiæ, & quomodo id procedat, nu. 423.
421 Iudex cõcedens licentiam carcerandi Doctorem pro debito, punitur pœna capitis.
422 Valet argumentum à milite cœleſtis militiæ, ad militem armatæ militiæ, & an, in omnibus, ibi.
424 Debitor fugitiuus an poſsit capi in Eccleſia, cum nu. ſeq.
425 Valet argumentum de tempore ad locum, & econtra, & nu. 427.
Sicut propter neceſsitatem, licet comedere carnem tempore prohibito, ita licet in loco prohibito.
Sicut die feriata poteſt dari tutor, ita in loco prohibito.
Sicut contractus factus die feriata valet, ſed eſt cum peccato, ita contractus geſtus in loco ſacro valet, ſed eſt cum peccato.
426 Debitor qui aufugit ad eccleſiam, poteſt petere ſecuritatem triginta dierum à iudice, infrà quos in ius vocatus audiat litem, & ſententiam, & deliberet, an velit ſoluere iudicatum, vel potius redire ad Eccleſiam, & creditores mittãtur in poſſ. ſuorum bonorum.
428 Obligatus in diem, vel ſub conditione, ſuſpectus de fuga, poteſt capi, & compelli dare fideiuſſorem, ſecundum commu. opi.
Obligatus in diem, dicitur in eo nata obligatio, ſecus in obligato ſub conditione ibi.
429 Debitum in diem fiſcale, poteſt peti etiam ante diem.
430 Debitorem ſuſpectum de fuga, vel præparãtem ſe ad fugam, licet propria auctoritate capere.
431 Quomodo probatur ſuſpicio fugæ, & an ſufficiat iuramentum creditoris.
432 Cauſæ ſuſpitionis, propter quas poſsit debitor capi, debent habere originem, poſt contractum celebratum cum tali debitore.
Et quomodo id procedat, ibi.
433 Suſpectus de fuga, non poteſt capi, quando modicam rem debet.
434 An capi poſsit in domo propria.

Debitor